

Sayrus.
Lefius.
Azor.
Bonacina.

modum vivendi, & obligationem voti, tunc ad nihil obligatur, ita citatur Sanchez n. 26. Sayrus, Lefius, Azor, quos citat & sequitur Bonacina *disputatione 4. de voto questione 2. punct. 1. num. 13.*

39.

Atque tertio: in lege particulari non potest dari obligatio levis in materia gravi, ergo etiam in lege pro tota communitate. Consequentia est bona, antecedens probatur, quia promissiones rei magnae, ut sponsalium, sive alicujus contractus in ipso incendo, sive in emittendo votum solemne, sunt quaedam leges particulares, & tamen non possunt in materia tam gravi leviter obligare; ergo nec lex generalis.

40.

Sanchez.
Molina.
Henric.
Bonacina.
Salas.
Azor.

Respondetur, quod modo in contractu faciundo, vel in promittendo rem magnam, etiam sponsalium, precise secundum rem, potest se leviter obligare ex intentione sua; ita Sanchez lib. 1. de matrim. disp. 6. num. 6. Molina de iustitia. disp. 262. num. 8. & 12. Henric. lib. 5. de penitent. cap. 21. num. 10. Bonac. disp. 3. de contract. Et idem etiam docent Salas, Azor, & alii citati in conclusione. Quae doctrina, ita est intelligenda, ut tales contractus rei magnae, ut sponsalium sumatur secundum suam naturam puram, & praecisam ipsius contractus, potest homo ex intentione sua, ad veniale tantum se obligare, cum contractus sumatur, prout infert dolum, fraudem, & injuriam proximo, tunc graviter obligabit ratione damni dati: Sicut si homo dicat; voveo Deo te in matrimonium ducere, quamvis ratione voti possit leviter se obligare, tamen ratione fraudis, & deceptionis graviter obligabitur.

41.

Eodem modo dicitur ad votum solemne, quod si sumatur pura, & praecisa natura voti, non repugnat, quod homo leviter se obliget, quia non repugnat ratione voti, nec ratione solemnitate, nam solemnitas voti est quid accidentarium per respectum ad votum, ut pater ex constitutione Gregori XI II. *Ascendente Domino*. Deinde, quia hoc potest reperiri in aliis contractibus; ergo & in voto solemni quod est quidam contractus; At vero si solemne sumatur, secundum id, quod est connexum cum eo, prout homo leviter se obligando, facit fraudem, & injuriam Religioni, quia illi Religio graviter se obligat; ergo homo graviter se debet Religioni obligare; nam in contractu, ut detur iustitia, debet dari aequitas, & ideo ratione istius damni annexi, homo necessario se debet graviter obligare, & ideo votum solemne factum in Religione cum intentione leviter se obligandi, tenetur homo iterare, & pro hac doctrina facit Suarez tom. 2. de Relig. lib. 4. cap. 4. num. 13.

Suar.

42.

Ad argumentum in forma respondetur negando antecedens; ad probationem dicimus quod stando in pura natura talium contractuum, potest dari levis obligatio, licet aliunde ex gravi damno alterius nascatur gravis obligatio; At in lege ex intentione legislatoris leviter obligantis, nemini datur grave damnum.

SECUNDA REGULA.

Ex verbis legis.

Conveniunt omnes, quod maxime ex verbis legis colligenda est obligatio, quam lex imponat, non enim est necessarium, ut lex dicat sub mortali, in conscientia, quia alias lex civilis, cum nunquam utatur tali forma, nunquam obligabit ad mortale, quod est contra id, quod diximus cum communi sententia; Ac proinde conveniunt omnes, quod ex ipsis legum verbis, maxime conjecturanda est illius obligatio.

Quando ergo Praelatus, seu lex utitur his verbis, Rogo, peto, hortor, commonefacio, haec pertinent ad exhortationem, & non inducunt legis praecceptum. Si autem dicatur ordinamus, oportet, conveniens hic modus dicendi potius indicat desiderium, ac affectionem; quam imperium; verba autem Praecipio, impero, jubeo optime formam legis important, & idem dicendum est de verbo tenentur facere, vel facite, sicut & in materia prohibitionis; Prohibeo, volo, interdicto, vel inhibeo Et idem dicendum est de verbo Mando ut faciatis, an vero haec verba, seu praeccepta inducant formam mortalis, vel venialis peccati ex ipsa materia legis, seu circumstantiis judicandum est; de his formis, & aliis multis Sanchez lib. 6. in Decalogum cap. 4. Suarez num. 33. usque ad 44. Suar. lib. 3. de leg. cap. 15. a num. 7.

Quantum vero ad Religiones hujusmodi verba simpliciter prolata Praecipio, jubeo, vel prohibeo ne hoc vel illud fiat, an inducant praecceptum, vel non dubitatur. Castro de lege panali lib. 1. cap. 5. documento 4. Cajetan. 2.2. Carbo. quest. 1. 16 art. 4. in solutione ad secundum. Carbo de lege lib. 7. disp. 4. ad finem dicunt nullam inducere obligationem. At Navarrus in manuali cap. 23. num. 49. Sa. verb. lex num. 6 Sayrus Clavi Regalib. 3. cap. 7. num. 16. dicunt importare obligationem venialem. Communis, ac vera sententia est, quod standum est pro communi usu, ac praxi Religionis, & quando dubitatur de tali usu, ac consuetudine, attendenda est materiae gravitas, ac necessitas, & inde consideranda praeccepti gravitas, ad mortale vel veniale. Diana part. 3. tract. 6. & Miscel. 2. Resolut. 74.

Magna difficultas est. An verba praecceptiva in Decretis Conciliorum, ac Summorum Pontificum imponant obligationem sub mortali, verbi gratia Concilium Tridentinum sess. 13. c. 7. verbis imperativis imponit praecceptum sacerdoti quam primum confiteri, si ob inopiam confessoris celebraverit sine praevia confessione. Et Clemens VIII. de casuum reservatione imperativis verbis imponit praecceptum superioribus pro tempore existentibus, ut non utantur scientia confessionis ad externam gubernationem.

Communis, & vera sententia est, quod hujusmodi praeccepta obligant ad mortale, ita Vasquez 1.2. disp. 158. cap. 2. num. 24. Castro Palaus tom. 1. tract. 3. disp. 1. punct. 9. num. 3. Granado. 1.2. contror. 7. tract. 3. part. 1. disp. 4. sect. 1. num. 3. Bonacin. tom. 2. disp. 1. q. 1. punct. 7. 8. 4. num. 10.

43.

44.

45.

46.

47.

48.

49.

50.

Suar.
Armilla.
Sylvest.
Salas.

num. 10. & citat Suarium, Armillam, Sylvestrum, Salas, & alios, quia illa verba sunt imperativa in re gravi ab habente potestatem, ergo obligant sub mortali.

48.

Rodrig.

Ledesma.

Villalobos.

Graves etiam Theologi tenent, quod verba illa verbi gratia, Concilii Tridentini, non obligant sub mortali. Ita Rodriguez in Additionibus ad Bullam cruciatam §. 9. num. 77. Petrus de Ledesma insignis Theologus Praedicatorum in summa tom. 1. tract. de Eucharistia cap. 11. ante conclusionem 9. Villalobos in summa tom. 1. tract. 7. difficult. 37. num. 7. quia per verba simplicia non videtur tantam obligationem mortalem induci.

49.

Meo tamen iudicio videri dicendum est, quod in Decretis Conciliorum, ac Summorum Pontificum maxime consideranda qualitas materiae; ac proinde in materia gravi obligant ad mortale, ut est illud Tridentini ob reverentiam Sacramentum Eucharistiae, si vero in materia levi non videtur obligare ad mortale.

50.

Sayrus.

Advertendum tamen est, quod quoties verba legis intelligi possunt de obligatione veniali, non debent ad mortale extendi, quia semper in poenis benignior interpretatio facienda, ut ex l. interpretatione, & l. si Praes. ff. de poenis, & late cum multis notat Sayrus Clavi Regia lib. 3. cap. 7. n. 20.

TERTIA REGULA.

Ex gravitate materiae, ac illius circumstantiis.

51.

Conveniunt Theologi, ac Canonistae, transgressionem praeccepti in materia gravi esse peccatum mortale, in materia levi peccatum veniale. Jam ex quo principio gravitas, vel levitas sit colligenda, est inquirendum.

52.

Primum indicium gravitatis, vel levitatis materiae, desumendum est ex fine intentio a legiflatore, qui maxime debet conducere ad bonum commune, unde id, quod maxime repugnat tali fini intentio erit peccatum mortale; id vero quod parum repugnat, erit materia levis, & peccatum veniale, verbi gratia, Ecclesia praecipit ad honorem in die festo a labore cessare, si contrarium fiat per multum tempus, est peccatum mortale, quia tantum opus graviter repugnat cum fine intentio ab Ecclesia; non vero si sit labor unius quadrantis, vel semihorae, ut tenent Bonacina disp. 1. de legibus quest. 1. punct. 7. §. 4. num. 15. Suar. vero tom. 1. de Relig. lib. 2. c. 30. n. 2. ait dare operam servilibus per integram horam, non esse peccatum mortale. At Fillucius, tom. 1. tract. 27. part. 1. c. 11. n. 205. Granado cap. 2. contror. 6. tract. 2. sect. 6. n. 5. Diana tom. 2. tract. 1. Miscelaneor. Resolut. 6. & tract. 5. Miscel. Resol. 8. dicunt, quod laborare in die festo per duas horas, non est peccatum mortale, quia duae horae per respectum ad viginti quatuor est parva quantitas. Haec tamen sententia multum concedit, nam secundum estimationem, tempus laboris computatur ad tempus dici, & ideo de una tantum hora ego dicere.

Bonacina.

Suar.

Fillucius.

Granad.

Diana.

53.

Secundum motivum ad cognoscendam gravitatem materiae, consideranda sunt circumstantiae, quibus ductus est legislator ad

ferendas leges, quales esse possunt circumstantiae ad vitandum scandalum, damnum vel occasionem violandi vota, nam materia aliunde de se levis; ratione harum circumstantiarum poterit esse gravis, & ideo furari tutori unam acum, non habentem aliam, est peccatum mortale, ratione damni illati.

QUARTA REGULA.

Ex poenis.

Grandis quaestio hic se offert, an lex sive Civilis, sive Ecclesiastica imponens poenam temporalem, obliget ad mortale; Negant Navar. graves Auctores, Navarrus, in summa cap. 23. an. 55. lib. 1. Conciliorum consilio 3. de consiliis. Filinus. & pro se citat Imolanum, Filinum, & alios. Covar. Regula. peccatum mortale part. 2. §. 1. Valentia. num. 2. & probabiliter dicunt Valentia 1.2. Salom. disp. 7. quest. 5. punct. 6. post signum. Solon. 2.2. quest. 77. art. 1. contror. 7. §. Haec opinio, Azor & Bonacina citandi. Fundamentum est, quia nulla lex obligat praeter intentionem legislatoris; atqui legislator ex eo quod exprimit poenam temporalem, videtur hanc solum intendere, non spirituales, nisi eam exprimat; & hanc sententiam probabiliter judicant Azor, Bonacina citandi.

Secunda sententia, & valde communis asserit omnes leges poenales, sive Ecclesiasticas, sive civiles obligare subditos ad culpam, & poenam. Ita Sylvest. Armilla, Toletus, Carbon, Medina, Aragonius, Salom, Em. Tolens,manuel Rodriguez, quos referunt, ac sequuntur Sanchez ubi. 6. in Decalog. cap. 4. num. 59. Medina. Salas disp. 10. sect. 5. & disp. 15. §. 1. Bonacina. Aragon. disp. 1. de leg. quest. 1. punct. 7. §. 2. n. 2. Et primo fundatur, quia de natura legis, & praeccepti est imponere obligationem in conscientia, si est de re gravi, ergo cum leges poenales sint verae leges, veram obligationem in conscientia ponunt, ergo non solum obligant ad poenam, sed etiam ad culpam. Secundo. Omnis poena est propter culpam, ut ait D. Augustinus 1. Retrahat. cap. 9. Omnis poena si iusta est, peccati poena est, & supplicium nominatur. Et similiter D. Thomas 2.2. quest. 108. art. 4. & bene colligitur ex cap. 2. de consiliis in 6. & cap. non asseramus 24. quest. 1. Ergo cum leges poenales poenam imponunt transgressoribus, in eis supponunt culpam.

Tertia sententia, & mihi verior; distinctione utitur; nam lex dupliciter ferri potest. Primo, per verba praecceptiva, vel praeccepto aequipollentia. Secundo, per verba pure comminativa, seu indifferentia ut Auctores dicunt. Si lex sive Ecclesiastica, sive civilis sit, feratur verbis praecceptivis, tunc obligat ad mortale, si materia gravis sit, nisi aliud constet ex mente legislatoris. Ita Castro de lege panali cap. 8. Suar. lib. 3. de legib. cap. 3. num. 6. Et restatur hanc esse communem sententiam, Driedo. Driedo lib. 2. de libertate Christiana cap. 1. post secundam propositionem. Et lib. 3. cap. 3. ad 5. Vasquez. Vasquez disp. 199. cap. 2. & 3. Sanchez lib. 6. Sanchez. Covar. Bonacina. Decalog. c. 4. n. 6. Covar. Regula peccatum 2. part. 3. §. n. 4. Bonac. disp. 1. q. 1. punct. 7. §. n. 3. 4. Palaus. & 6. Castro Palaus tom. 1. tract. 3. disp. 1. punct. 15. num. 8.

li 4 Pro

37. Probatur. Primo, quia lex posita verbis preceptivis, aperte indicat intentionem legislatoris ponendi preceptum, verbi gratia, preceptio ne quis a Regno extrahat frumenta, & arma, sed posito precepto statim resultat obligatio obediendi in conscientia in re gravi. Confirmatur: quia si lex illa absque comminatione prece imponeretur, obligaret in conscientia; atqui ex appositione pene, hanc obligatio non minuitur, sed potius valde efficaciter augetur, tunc enim indicat legislator se velle rem illam omnibus modis intendere, ac precipere, sequi velle suum preceptum omni modo corroborare.

38. Dixi in conclusione, nisi legislator suam intentionem declararet fenolle ad aliquam culpam obligare, ut faciunt nostrae constitutiones, ac multarum Religionum, cum multa precipiant taxatis aliquibus penis dicunt se ad nullam culpam intendere obligare.

39. Secunda pars ostenditur, quod si lex feratur per verba tantum comminativa, ac indifferencia, quae preceptum sufficienter non indicant, verbi gratia, si dicatur, non extrahantur arma, vel frumenta a Regno sub pena capitali, tunc lex videtur nullam obligationem ponere in conscientia. Et ratio est, quia legislator sufficienter potuit intentionem suam obligandi declarare per verba preceptiva, ergo cum illam non declaravit, presumere debemus eum non habere talem intentionem quia semper benignior pars, & subditis favorabilior est tenenda.

40. Ad fundamentum primae sententiae concedo maiorem, nego minorem, nam ex eo quod superior imponenda pena utitur verbis preceptivis, aperte indicat se duplici vinculo velle subditum obligare, & timore pene, & horrore supplicii.

41. Ad fundamenta secundae sententiae; ad primum dicimus, quod omnis lex ponit obligationem, vel in conscientia, vel in actu, ad quam ordinatur imposita pena transgressoribus. Ad secundum, quod omnis pena supponit culpam vel mortalem, vel civilem solum, & politicam: multoties enim convenit ad bonum regimen Reipublicae, cogere subditos timore pene absque culpa inflicta, ut videre est in sacris Religionibus, in quibus saepe obligantur subditi, ad hoc, & illud faciendum sub pena carceris, vel privationis vocis activae, & passivae absque ulla culpa, & ipsae constitutiones explicant.

De penis Ecclesiasticis.

42. Penas Ecclesiasticas voco excommunicationem, suspensionem, interdictum, irregularitatem, degradationem. Excommunicatio minor non est signum culpae mortalis, nam communiter ponitur pro culpa veniali, nisi aliquando, & raro contingere potest, ut pro culpa mortali ponatur, quia legislator, etsi materia sit gravis, tamen lentè, ac paulatim vult obligare. Excommunicatio autem major, aut gravis censura dum ponitur, intelligitur obligare sub mortali, & idem dicendum est de interdicto; nam licet comprehendat innocentés, tamen non est proprie pena respectu illorum, sed illius, qui dedit causam, & per

quandam moralem unionem redundat in alios. Idem dicendum est de irregularitate ex delicto, de verbali, aut reali depositione, seu degradatione sic docent Suar. lib. 4. de leg. Suar. cap. 18. num. 19. Clavis Regia, Sylvest. Va. Sylvest. lencia, quos citat, ac sequitur Becanus Valentia. tract. 6. quest. 3. n. Salas disp. 10. de leg. sect. 9. Becan. num. 54. & 62.

Circa excommunicationem ferendam Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 4. num. 50. & 51. existimat excommunicationem ferendam signum esse peccati mortalis quia ipsa ex sua gravitate requirit peccatum mortale, nisi ipsa feratur ad terrorem, vel ex usu, seu consuetudine, requirit trinitam admonitionem, quia tunc non est sufficiens signum mortalis obligationis; Castroz. Ita sentiunt Castro lib. 1. de lege penali, cap. 5. Vaquez. docum. 4. Vaquez. disp. 158. cap. 5. num. 45. Henriquez lib. 13. de excommunic. cap. 17. Castro Palaus tom. 1. tract. 3. disputat. 1. punct. 5. num. 3. ad finem.

QUESTIO IV.

An quando in particulari cessat finis legis seu eius ratio totalis, cesset in particulari eius obligatio?

SUMMARIUM.

- 64. Dupliciter lex potest cessare.
- 65. Prima sententia tenet, quod lex debet cessare in communi.
- 66. Secunda sententia docet sufficere quod ratio legis cesset in casu particulari.
- Resolutio questionis est pro hac secunda sententia, ibid.
- 67. Probatur ex iure Canonico, ac civili, & num. 68.
- 69. Probatur etiam rationibus, & n. 70.
- 71. Adversariorum solutio exploditur.
- 72. Ponitur, & solvitur primum argumentum, & num. 73.
- 74. Ponitur, & solvitur secundum argumentum, & num. 75.
- 76. Ponitur, & solvitur secundum argumentum, & agitur de lege praesumptionis, & n. 77.

PROpono hanc questionem, quia inservit ad multorum casuum resolutionem, & dupliciter, potest lex cessare, negativè, vel contrariè: tunc lex dicitur cessare negativè quando cessat totalis ratio legis; contrariè cessat lex, quando lex facta est inutilis, nociva impossibilis ob mutationem factam in materia. Quæstio ergo procedit, quando totalis ratio legis cessat in hoc casu particulari, quia si lex posita fuit ob multas causas, non sufficit, quod una causa cesset in particulari, sed requiritur ut omnes causae cessent, ut patet in jejuniis quod non solum impositum fuit pro domanda concupiscentiae, sed etiam propter exercitium virtutis, ac proinde qui habet motus frangens & liber est a concupiscentia, adhuc tenetur ad jejuniu ob exercitium virtutis.

Prima sententia tenet non sufficere, quod ratio

tatio legis cesset in casu particulari, ut obligatio legis cesset; hanc sententiam tenent Soto, Medina, & alii, quos citant, ac sequuntur Molina tom. 1. disput. 81. ad 3. Sanchez tom. 1. Decalog. lib. 4. cap. 15. num. 37. & lib. 3. de matrimonio. disp. 3. num. 7. & 9. Suar. de leg. cap. 7. n. 3. Layman in Theologia Morali lib. 1. tract. 4. c. 21. tract. 3. Vaquez 1.2. disp. 176. & in opusculo de testam. cap. 1. dub. 1. num. 4. Castro Palaus tom. 1. disput. 5. punct. 1. num. 10. Et pro hac sententia Diana citandus triginta Auctores refert quæ sententia tot, & tam gravissimis Auctoribus satis se defendit, ut eam valde probabilem judicemus.

66. Secunda sententia docet, quod ut obligatio legis esset in hoc casu particulari, non requiritur, quod ratio legis cesset in communi, & quoad omnes, pro quibus est lata, sed sufficit, quod ratio legis adequata, & ejus finis totalis cesset in particulari; primò hac sententia citatur communiter ex D. Thom. 2.2. quest. 147. art. 1. ad primum. secundum. Ubi docet, quod preceptum jejunii non obligat illum, qui in particulari habet impedimentum jejunandi; hanc sententiam tenet expressè Panormitanus in cap. Quoniam de probationibus, in 6. & cap. Quia Insulis de Regularibus, Sylvest. verb. lex, quest. 8. & 9. verb. octavo, Navar. tom. 4. Comment. in Rubricam de iudiciis, num. 74. Abbas citato cap. Quia in Insulis; & alii Canonistae communiter, Henriquez lib. 1. cap. 17. num. 2. in Glossa littera O. & lib. 10. cap. 15. n. 8. in Glossa littera R. Angelus verb. lex, num. 4. casu 7. Sa. verb. Ludus, num. 1. Granada 12. controvers. 7. tract. 3. p. 1. disp. 15. sect. 2. Soza in Bullam Clementis VIII. de largitione munerum fund. 3. Megala, & alii quos citat & constanter sequitur Diana tom. 1. tract. de legibus. Refol. 28. Ubi unum solum fundamentum apponit; deinde hanc sententiam tenent Delbene tom. 1. cap. 31. num. 2. Petrus Hurtado 1.2. disp. 76. sect. 37. num. 18. Urban. tract. 1. cap. 7. folio mihi 17. Escobar in examine Theologiae examen. 1. tract. 1. cap. 12. num. 81. M. Fr. Anton, ab Spiritu sancto part. 2. de Regul. tract. 3. disp. 6. num. 66. fol. mihi 82.

67. Dico in hac re, quod quando in casu particulari cessat ratio adequata legis, cessat etiam obligatio illius secluso scandalo, ita Auctores secundae sententiae. Dico secluso scandalo, quia si detur scandalum, dum alii te vident, frangere legem in hoc casu particulari, tunc in hoc teneris ad evitandum scandalum, observare legem.

67. Probatur primò conclusio ex iure in quo habet magnum fundamentum ex regulis, juris in 6. & cap. cum cessante de appellationibus. Ubi dicitur cessante causa cessat effectus, sed in hoc casu particulari cessat causa legis, quæ est ratio motiva; ergo & effectus legis, qui est ejus obligatio; probatur secundò, ex regulis juris 81. in 6. Ubi dicitur: In generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset in specie verissimiliter concessurus; ergo etiam in generali prohibitione non veniunt ea, quæ quis in specie verissimiliter non esset prohibiturus, atqui si legislator prævideret, quod ratio legis cessaret in hoc casu particulari, valde verisimile est, quod non prohiberet; ergo generali prohibitione non venit hic casus, in quo cessat ratio legis.

67. Probatur etiam rationibus, & n. 70. Adversariorum solutio exploditur. Ponitur, & solvitur primum argumentum, & num. 73. Ponitur, & solvitur secundum argumentum, & num. 75. Ponitur, & solvitur secundum argumentum, & agitur de lege praesumptionis, & n. 77.

67. Probatur etiam rationibus, & n. 70. Adversariorum solutio exploditur. Ponitur, & solvitur primum argumentum, & num. 73. Ponitur, & solvitur secundum argumentum, & num. 75. Ponitur, & solvitur secundum argumentum, & agitur de lege praesumptionis, & n. 77.

68. Probatur tertio, ex leg. Cum mulier, ff. soluto matrimonio. Ubi ait lex, cum mulier adultera fuerit viri lenocinio, non privatur dote, ubi lex fundatur, quia ratio legis communis, ob quam adultera privatur dote, est propter injuriam, quæ facta est viro, sed in hoc casu particulari cessat ipsa injuria: Quia volenti, ac consentienti, non fit injuria; Ergo quando lex cessat in casu particulari, cessat ejus obligatio.

69. Probatur quarto; quia quando ratio legis cessat in totum, etiam lex cessat in totum; ergo quando ratio legis cessat in partem, etiam lex cessabit in partem: Valer argumentum de toto ad partem, l. quæ de tota ff. de rei vindicatione. Confirmatur, quia ratio adequata legis in suo genere, est ratio adequata obligationis legis. Ergo cessante ratione adequata legis in uno casu particulari, cessabit etiam obligatio legis, probatur antecedens. Quia ratio legis est anima quæ lex vivit, ut inquit communiter juristæ; ergo cessante ratione legis, cessat vita legis, ac proinde omnis ejus obligatio, quæ est effectus ipsius; nam res mortua, ac sine vita, non valet producere aliquem effectum.

70. Probatur quinto, ex Granada, quia ita se habet lex in generali ad rationem acceptatam in generali, sicut lex in particulari ad rationem acceptatam in particulari, sed quando lex cessat, comparatione omnium, cessat legis obligatio comparatione omnium; ergo quando cessat comparatione unius, cessabit legis obligatio comparatione illius. Confirmatur, quia lex non solum obligat omnes in generali, sed singulos in speciali; ergo sicut deficiente ratione apud omnes, manent omnes deobligati, ita deficiente apud unum, manebit unus deobligatus.

71. Respondent Auctores, contrarii, ut videre est apud Suar. lib. 6. de leg. cap. 9. num. 16. esse differentiam, quia quando lex cessat in communi, non solum cessat negativè, sed etiam cessat lex contrariè, id est, quia fit inutilis, at quando lex cessat in particulari, solum lex cessat negativè, id est, quia ibi cessat ratio legis, non verò contrariè, id est non est utile servare legem. Sed contra, sicut quando ratio legis cessat in communi lex cessat contrariè, & est inutile servare legem, ita etiam quando lex cessat in casu particulari, lex in hoc casu particulari est inutilis, & cessabit contrariè.

72. Arguitur primò. Quando lex cessat in hoc casu particulari negativè, quia nempe in eo cessat adequata ratio legis, etiam adhuc in tali casu servare legem non est malum, & injustum, ergo etiam in tali casu. Antecedens patet, consequens probatur ex Aristotele 5. Ethicorum cap. 10. ubi ait, quod tunc datur Epicheia, quando lex peccat, id est quando lex est injusta; & sic ipse appellat Epicheiam directionem legis, sed cum in illo casu particulari adhuc servare legem non sit malum, nec contra rationem juris servare legem ergo adhuc dabitur obligatio legis.

73. Respondetur, transeat antecedens, nego consequentiam, ad probationem concedo maiorem, ad minorem dico, servare legem in illo casu particulari, non est malum, & injustum.